Amplissime Magistratus,

Domini mihi sing: Colendissimi!

Quod Pater meus Franciscus Stein inde a viginti, et ultra jam annis tam a mercantili suo scissilium mercium fornice, quam habitationali; quam Iure perennali possidet, Domo Notabile quantum Contributionale quotannis accurate pendendo Peculio huice Reo utilem semet semper exhibuerit, actuve exhibeat, Fratres porro mei Lazarus, et Leopoldus ambo Stein, quorum prior Domum quoque propriam in Citte hac Iure perennali possidet, mercantiles hic Loci fornices habendo non minus utilitates Civitati huic pinsinuato titulo a compluribus jam annis adferant; Ego vero ipse mercantilem fornicem in gremio Cittis hujus habendo Peculii huice Regio aeque utilis semper fuerim, et de[illegible] sim ad notorietatemque publicam exemplarem semper duxerim vitam, bonosque Mores retulerim, Philippi demum Hajelufka, qui aeque in gremio ejusdem hujus fornicem mercantilem habuerat, et Domum habitationalem Iure perennali possederat, relictam viduam duxerim, hoc Amplissimo Magistratui caeteroquin nota sunt: his fretus de Paternis, fraternisque non minus ac propriis meis meritis excitatus Amplissimum Magistratum demisse exorare ausus sum, quatenus mihi in gremio Civitatis hujus habitationalem Domum Iure perennali emendi facultatem gratiose impertiri, ac Fassionis Celebrationem eo a fortiori admittere dignaretur: si quidem praementionato Patre meo Francisco Stein Domum in Civitate hac habitationalem Iure perennali possidente, ego quoque ejus filius, et sic

iisdem

ИСТОРИЈСКИ АРХИВ СОМБОР IAS ISTORIJSKI ARHIV SOMBOR
25000 Сомбор, Трг цара Лазара 5
E–mail:info@arhivsombor.org.rs
Телефон/Факс: +381 25 412 2 87
Телефон: +381 25 416 292

iisdem, quibus Pater meus utitur, Juribus gaudere va-
lens Jus quasi Quaesitum Domum in Gremio Civitatis
hujus Jure perennali possidendi consecutus sim.
Gratiis in reliquo dicatus, Jugi cum venerationis
Cultu persisto. Zomborini die 15a Xbris 1811.

Amplissimi Magistratus

humillimus Cliens
Jacobus Rem
Judex, et Quaestor Gremialis.

ИСТОРИЈСКИ АРХИВ СОМБОР IAS ISTORIJSKI ARHIV SOMBOR
25000 Сомбор, Трг цара Лазара 5 Телефон/Факс: +381 25 412 2 87
E-mail:info@arhivsombor.org.rs Телефон: +381 25 416 292

Praes. die 15a Octob. 811

Ad

Amplissimum Magistratum Liberae Reg. Civitatis Zomboriensis, Dnos Dnos Colendissimos

Lect. die 16a 8bris

N. 1621.

ИСТОРИЈСКИ АРХИВ СОМБОР IAS ISTORIJSKI ARHIV SOMBOR
25000 Сомбор, Трг цара Лазара 5
E-mail:info@arhivsombor.org.rs
Телефон/Факс: +381 25 412 2 87
Телефон: +381 25 416 292

Jacobus Stein Sutor, et quaestor Gremialis Domum in Civitate hac habitationalem Jure perennali emendi et eandem taliter possidendi facultatem ductu intus denotatorum motivorum sibi deferri supplicat.

p. Antonium Sechieski [illegible]

N. 1042. 811.